

quadam dominica, in qua natalitia apostolorum Simonis et Judae colebantur<sup>1</sup> ab universa ecclesia\*, quae et ultima ei in hoc mundo erat, frater quidam sedens ante eum vigilanter custodiebat lucernaque clare lucebat, atque ignis in medio domus ardebat. Matutinali vero hora instante, cum iam caeteri ad nocturnas vigilias occurrerent, volens et ipse frater paulisper laudibus dei interesse, egressus foras aegrotum commendavit attentius cuidam fideli viro, qui non procul ab eo et ipse infirmus iacebat, qui et ipse postea sepulchrum domini adiit, sed incertum habemus, quid de eo postea contigerit. Is dum vigilanter ad eum aciem oculorum suorum infingeret, subito lux coelitus emissa omne illius domus spatium implevit et splendor tantae claritatis emicuit, ut lumen lucernae et ignis, qui ibi ardebat, obnubilaret, et in ipso splendore vir quidam angelicae claritatis emicuit manibus [fol. 30<sup>b</sup>] expansis coronamque auream super caput habens, diuque cum beato viro est locutus. Cumque haec visio conspicientis cor inaeestimabili pavore perstringeret atque, ut post ipse referebat, omne in eo corpus obrigesceret, illico praedictus frater expletis matutinis revertens ianuam aperuit et mox persona, quae apparuit, se cum lumine subtrahens custodem infirmi miraculo et stupore consternatum reliquit. Beatus autem ille peregrinus mundi civis jam vero sanctorum et domesticus dei tunc nimium laetus et optime certus de praemio supernae retributionis usque ad horam dominicae resurrectionis quiescenti et sopilo similis iacuit, ac supernos cives in adiutorium suum cum magna devotione invitavit. Hora vero, qua vita nostra resurrexit, ipse quoque ad vitae aeternae beatitudinem, sicut indubitanter credimus, et tenemus de huius mundi agone sublatus est.

29. [Engelhardus de Westerheim.]<sup>1\*</sup> [1084 bis 1138.] Omnia, quae a fratribus nostris digna memoriae hic gesta sunt vel geruntur, nobis ea agnoscantibus vel legentibus, plurimum aedificationis exhibent fructum; quotiens enim ad memoriam redeunt, totiens mentem ardore compunctionis languunt. Et quamvis benefacta illorum apud deum aeternaliter maneant, et eorum nomina liber vitae sine oblivione contineat nihil

<sup>1</sup> colebatur, Hf. <sup>2</sup> steht auf dem Rande von Heergotts Hand.

\* Der Aposteltag Simon und Judas fiel nur in folgenden Jahren, welche in Betracht kommen, auf einen Sonntag: 1162, 1173, 1179, 1184, 1190. Im alten St. Blasischen Necrolog steht Fring unter dem 26. October, weil der Raum beim 27. und 28. October im Necrolog mit Namen überfüllt ist. Deshalb schrieb man seinen Namen in den nächsten Tag, wo noch Platz war. S. Bb. 3 S. 617.

\*\* Westerheim im Oberamte Geisbüngen.

tamen verae religioni obsistere credimus, si nos merita acusque illorum verbis et scriptis commemoremus.

Unde de fratre nostro Engelhardo de Westerheim\*, cuius vita et conversatio non solum extitit mutabilis, verum etiam admirabilis, nos aliqua ad aedificationem posterorum memoriae scriptis commendare delectat. Hic enim ab adolescentia sua per multos annos praecipua humilitate ac devotione miraque patientia atque optimis moribus domino inter fratres nostros exteriores deserviens, cum fabrilis opere eisdem fratribus suis se utilem fore usque in senectam vel potius usque ad finem suum assidue gestiebat. Deinde vero in senili aetate sua monasticam perfectionem non segniter [fol. 31<sup>a</sup>] arripiens, omni abiectioe contentus lachrymis et orationibus jugiter intentus mansuetudini silentio et mentis quieti animum supposuit, nulloque die vel nocte praetermisit, quin ad capellam dominae nostrae sanctae dei genitricis Mariae\*\* decurreret misericordiamque ipsius, quae gratia plena est, cum genuflexionibus crebrisque inclinationibus et intimis suspiriis profusisque lachrymis suppliciter imploraret.

30. Sed quid nos de vita eius aliqua pro posse nostro dicere contendimus, cum internus arbiter, qualis ante conspectum eius fuerit, etiam adhuc ipso in corpore manente, multis declarare voluerit? Ad huius rei iudicium quoddam mirabilis dei donum in illo magnifice ostensum, sub silentio contegi minime debet. Qualiter vero ea res acta sit, nos breviter, prout possumus, explicare contendimus.

Eo namque tempore, quo fundamentum istius monasterii\*\*\* iaciendum erat, ipse quasi juvenis et robustus corpore operi alacrius insistebat. Duncum magnam molem lapidis solus sublevare contenderet, rupta cute in teneriori parte corporis interiora viscera, ut fieri in tali incommodo<sup>1</sup> solet, inferius labi coeperit. Sicque

<sup>1</sup> commodo, Hf.

\* Ein Converse Engelhard steht zwar beim Jahre 1406 im rotulus defunctorum, (f. Bb. 3 S. 606) ist aber dieser nicht. Denn E. v. Westerheim war beim Baue des neuen monasterium 1086—1108 ein juvenis und überlebte den Beginn dieses Baues über 45 Jahre. Die inceptio novi monasterii setzen die St. Blasischen Quellen in's Jahr 1092. Da nach dem rotulus defunctorum das Institut der fratres extra claustrum conversantium erst 1068—86 seinen Anfang nahm, so kann Engelhard von Westerheim erst um diese Zeit als frater exterior eingetreten sein. Da feruer der Bau etwa in's Jahr 1092 fällt, so wird sein Eintritt ungefähr 1074 erfolgt sein. Sein Tod fiel nach dem Inhalt der Kapitel 30, 31 etwa zwischen 1137—40.

\*\* Diese Kapelle war im infirmitorium. S. oben S. 184, Buch 3, Kapitel 6.

\*\*\* Räumlich des neuen Klosters von 1086—1108 (1092).